

B. C. D.
POSITIONES JURIDICÆ

ad Tit. Pand.

DE

RERUM DIVI-
SIONE ET QUA-
LITATE

Quas
PRÆSIDE

VIRO Nobiliss. Ampliss.

Consultiss. atque Excell.

DOMINO

JOH. HENRICO

FELTZIO,

Prof. Jcto Celeber.

Solenni Disquisitioni

exhibebit

Ad Diem 26 Junii M. DCC XIX.

NICOLAUS SANSON,

Diss. jur. civ.

453,4


Verodunensis.

ARGENTORATI

Typis Viduæ JOSIÆ STÆDELI, Univers. Typogr.



193





POSITIONES JURIDICÆ
AD TITULUM DE RE-
RUM DIVISIONE ET
QUALITATE.

Positio I.



RES in jure denotant omne
id, quod non est persona,
adeoque etiam in hoc lato
sensu actio potest venire sub
titulo rerum.

A 2

IL

I I.

Res bene dividuntur in res divini & humani juris, neque tamen res divini juris ita sunt accipiendæ ac si non possent in ullo casu ad alium usum applicari.

I I I.

Res bene dividuntur in eas, quæ sunt in patrimonio nostro & quæ sunt extra patrimonium nostrum.

I V.

Res sacræ possunt in certis casibus alienari.

V.

Res sanctæ sunt, quæ singulari privilegio inuiolabiles sunt redditæ, & male definiuntur communiter, quod sint, quæ contra injurias hominum sunt munitæ, ita enim quivis homo esset sanctus.

III.

VI.

Res bene dividuntur in corporales & incorporales, & corporales bene definiuntur, quod sint illæ quæ sua natura tangi possunt.

VII.

Res Corporales bene dividuntur in mobiles & immobiles, mobiles iterum bene subdividuntur in res in specie mobiles & se moventes.

VIII.

Hæc divisio rerum in mobiles & immobiles non male applicatur consuetudine Parisiensi etiam juribus, ita, ut jura in re mobili censentur mobilia, jura in re immobili immobilia.

A 3

IX.

IX.

Res immobiles sunt vel naturaliter tales vel civiliter, naturaliter tales sunt quæ per naturam moveri non possunt, ut ædificium, fundus &c. Civiliter tales sunt quas jus habet pro immobilibus, licet revera sint mobiles; Hoc accidit quintuplici modo.

X.

Partes metallicæ recte immobilibus annumerantur, non vero fructus.

XI.

Pisces si propagationis causa in stagno sint, annumerantur recte rebus immobilibus, secus, si custodiæ causa saltem habeantur.

XII.

XII.

Molendina in ædibus citra dubium
sint immobilia, etiamsi non præstent usum
nisi per motum.

XIII.

De molendinis Pneumaticis quæ-
ritur, an ad mobilia, an ad immobilia sint
referenda; nobis videtur posterior sen-
tentia verior.

XIV.

Disputant etiam, utrum molendina
navicularia sint rebus mobilibus, an im-
mobilibus accensenda; Nobis videtur, esse
inter immobiles numeranda.

XV.

Molæ trusatiles, asinariae sive jumen-
tariae mobilibus accensendæ, quamdiu mo-
bili sunt structura.

XVI.

Annui reditus annumerantur recte immobilibus.

XVII.

Officia venalia, qualia sunt in Gallia pleraque, recte accensentur immobilibus.

XVIII.

Taberna mercatoris & bibliotheca Doctoris recte habentur pro immobilibus, saltem quoad effectum juris, ut quis a fidejussore dando in certis casibus liberetur.

XIX.

Quod si de voluntate testatoris constet, quod rem aliquam, quæ jure omnino posset

set

set ad immobilia referri, velit pro re immobili haberi, illa servanda est.

XX.

Res bene dividuntur in dividuas & individuas ; & huius distinctionis magnus est in juris prudentia usus.

XXI.

Nummi Considerati in quantitate recte annumerantur immobilibus.

XXII.

Non item si consideratur ut corpus.

XXIII.

Res quæ Consistunt in facto recte dicuntur incorporales.

B

XXIV.

XXIV.

Hereditas rebus incorporalibus recte accensetur.

XXV.

Nec obstat, si nihil in hereditate inveniatur, quam res corporales.





Diss. jur. civ. 453, 4